

Nf. 24.

79

SVB AVSPICIIIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PORVSSIAE REGIS
**FRIDERICI
WILHELMI,**
ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBVRGICI, RELIQVA
PRORECTOR ET CANCELLARIVS ACADEMIAE
IO. PETR. DE LVDEWIG,
POTENTISSIMO REGI PORVSSIAE A CONSILIIIS
INTIMIS CVRIALIBVS ET ECCLESIASTICIS IN DV-
CATV MAGDEBVRGENSI,
**LECTIONES VERNALES
CIVIBVS ACADEMICIS**
PVBLICAT. ET COMMENDAT.
D. VI. APRIL. MDCCXXVIII.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
TYPIS HENDELIANIS.

SVE AVSPICIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PORVSIAE REGIS
FRIDERICI

WILHELMI

ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBURGICI, RHEGNI

PROPECTOR ET CANCELLARIVS ACADEMIAE

IO. PETR. DE LAVDEWIG

POTENTISSIMO REGI PORVSIAE A CONSILIO
INTIMS CARALIBVS ET
CIV MAGD



LECTIONES VERNALES
CIVIBVS ACADEMICIS

PUBLICAT. ET COMMENDAT.

D. VI. APRIL. MDCCXXVIII.

MAGD. MAGDEBURGICAE
TYPIS HENDELIANIS

D. *LECTIONES THEOLOGICAE* *assidua*
JOACH. JUSTVS BREITHAVPT, A. B. per Dei gratiam
continuabit labores consuetos, in Theſibus Fundamentalibus, &
Dogmaticis & Moralibus, tam publice, quam privatim quoque ex-
aminando; nec non, in audiendis cenſendisque Concionibus: præ-
terea incumbens ad denuo edendas Institutiones Theologiæ Mora-
lis uberiores.

D. PAVLVS ANTONIVS, tradet *historiam reformationis ey-
angelicæ*, pariterque explanabit *confessiones ecclesiasticas* inde pro-
gnatas. Perget etiam in audiendis & solvendis Casibus Ministeri-
alibus.

D. JO. HENR. MICHAELIS, absoluta nuper historia Judi-
cum & Ruthæ, *libros Samuelis*, & ex illis res gestas Saulis ac Davidis
ex fonte Ebræo & adhibita versione Lutheri vernacula publice illu-
strabit. Privatim denuo statis diebus *disputationes* offert in *Aug-
ustanam Confessionem* & libros Symbolicos. Præterea, ob multi-
plicem usum, *Barthol. Carani summam conciliorum* succincte de-
clarabit, si copia libri haberi adhuc possit. Sin minus, *B. Rechen-
bergii Adpendicem tripartitam* ad libros nostros symbolicos brevi-
ter illustrabit.

D. JOACHIMVS LANGE, præter lectiones *theticas*, easque
publicas, etiam privatas denuo aperiet & in *exegeticis*, absolutis
epistolis Pauli longioribus ad breviores accedet hora IV. Ho-
ra V. offerens institutionem litterariam de *notitia librorum sele-
ctorum* in singulis Theologiæ partibus; præterea operam daturus,
ut desiderio illorum, qui præcipuas *historia ecclesiasticæ* Nov. Test.
materias pernoscere cupiunt, satisfiat. Perget etiam consueta diei
dominicæ hora in *asceticis*.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, exegeſi Epp. Petr.
interferet *Hermenevticæ S.* curatiorem tractationem ad ductum *Pra-
lectionum Hermenevticarum* a B. PARENTE editarum. In *paræne-
sis*, ea proponet, quæ quovis tempore maxime e re auditorum ef-
ſe judicaverit: hora vero *ascetica* Macarii homilias, ad huc illustra-
tas, hac æſtate ad finem perducet. Denique *exercitium homileti-
cum*, audiendo & cenſendo sermones sacros, itemque popularem
æſtium apostolicorum explicationem ſedulo continuabit.

JO. JACOBVS RAMBACH, ad finem perducta historia ec-
cleſi-

elefastica V. T. nucleum controversiarum, quæ nobis cum pontificiis intercedunt, publice proponet, secundum lineas, in tomo tertio *caussa Dei* ductas. Privatim *theologiam moralem* interpretabitur. In hora *ascetica* selectiora *proverbiorum Salomonis* loca tractabit; practicam etiam *Psalmodum* explicationem diebus sabbati continuaturus.

LECTIONES JURIDICAE.

CHRISTIANVS THOMASIVS in lectionibus publicis hora IX. sacundum ductum *primarum linearum de JCozum prudentia consultatoria* explicabit, quid sit prudentia; quid consultatoria; quæ ratione ea ad JCozum pertineat; quid observet prudentia tam in dirigendis actionibus propriis; in conversatione quotidiana & selecta; in societate domestica & civili; quam quoad ipsa consilia aliis danda & ab iis petenda. *Initium* lectionum fiet post nundinas Lipsenses d. 3. Maji.

JO. PETR. DE LVDEWIG, hora IX. JVS FEUDALE docebit, b. m. *Strykio* interprete; verum comite iustitia & veritate, eruenda e moribus usque patriæ forensi. Hora X. HEINECCII, doctissimi viri, *elementa juris Romani* interpretabitur. Neque enim discet unquam iurisprudentiam, nisi didicerit iuris Romani fontes genuinos, in hoc libello reclusos limpidissime. Hora XI. JVS PVBLICVM atque illius singularia, quæ sub prelo, tractabit, ad b. m. *Hornii systema*, plenum ac luculentum.

JVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, JCo. hora IV. pomer. publicis lectionibus illustrabit *VFENDORFFIVM de habitu religionis ad vitam civilem*; privatis scholis vero hora IX, tractatum *de Affectionibus*, hora X. juncta pomerid. secunda *introductionem ad Pandectas* & hora XI. *Institutiones Justinianæ* notis suis illustratas, explicabit.

NICOLAUS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, JCo. Jus Publicum Cocceji docet hora XI. *Institutiones Justiniani* hora X. additurus Jus Feudale Schilteri hora IX.

G. P. GASSER, JCo. futuro semestri spatio hora X. & II. pomer. B. Dn. Ludovici *Doctrinam Pandectarum* denuo explicabit, ut & hora III. ejusdem *Introductionem ad processum civilem & criminalem*. Lectiones *Oeconomico-politico Camerales* hora IV. continuabit, præmissis proxime *programme speciali de historia & Intentione hujus*
NOVA

novæ Professionis nec non de methodo tractandi. Initium omnium Collegiorum statim fiet finitis nundinis Lipsiensibus,

D. JO. LAVR. FLEISCHER, explicabit D. V. hor. mat. II. X. suas institutiones juris nat. & gent. hor. IX. Corvini jus Canonicum, hor. X. & II. pom. Illustr. Dn. Böhmeri introductionem in jus digestorum & hor. XII. Institutiones Justin. Initium harum prælectionum fuit finitis nundinis Lips.

D. NICOLAUS MORGENSTERN, exponet publice hora VIII. Jus Naturæ & Gentium in exemplis ab argumento Jurisprudentiæ militaris & Politicæ petitis; methodo Thomasiæ in Specimine Jurisprudentiæ Judicialis; *Privatim* hora X. & II. Doctrinam Pandectarum Ludovicianam; hora III. elementa Institutionum Justinianearum. Initium fiet d. 29. Aprilis.

JACOBVS GABRIEL WOLF, publicis prælectionibus *LVDVICI doctrinam pandectarum* optima fide interpretabitur hora III. *Privatim*, 1) hora VIII. STRYKII *examen juris feudalis* ita exponet, ut distincta, tum juris Longobardici ac patrii, tum feudorum provincialium atque Imperialium ratio habeatur. 2) Ad *Institutiones Justinianear* hora X. nec non 3) ad STRYKII *Jurisprudentiam forenssem* hora XI. eo modo commentabitur, ut solida Juris Romani principia cum usu fori conjungantur. Præterea 4) hora II. *Jurisprudentiam suam naturalem*, regulas justæ, honestæ, decori ac prudentiæ distincte explicantem atque applicantem, solide illustrabit. Initium die XXVI. hujus mensis, juvante Deo, facturus.

D. CAR. GOTTLIEB KNORR, publice Hor. III. Dn. HEINECCI Elementa Juris secundum ordinem Institutionum adornata præleget. *Privatim* Hor. IX. STRYKII Jurisprudentiam Rom. Germ. Forenssem, Hor. X. & II. Dn. BÖHMERI Digesta & Hor. XI. INSTITUTIONES JUSTINIANEAS solide & perspicue interpretabitur. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. 3. Maji.

JO. GERARDVS SCHLITTE, publice in B. Strykii *Differentias Juris civilis & canonici* commentabitur. *Privatim* Caroli V. *Constitutionem Criminalem*, Institutiones Justinianear, Strykii *Jurisprudentiam forenssem*, nec non B. Ludovici *Doctrinam Pandectarum*, ea, qua par est, fide ac industria, explanabit, de horis, singulis hisce Collegiis destinandis, e valuis publicis Dn. Auditores admoniturus. Initium harum prælectionum, B. c. D. fiet d. 3. Maji.

JO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER, P. P. per instans
semestre publice explicabit hor. III. *Schilteri Institutiones juris ca-*
nonici a Dn. Parente illustratas; privatim vero hora VIII. *constitu-*
tiones criminales Carolinus, hora IX. *Puffendorffii Tr. de officio homi-*
nis & civis hora X. juncta Ilda Dn *Parentis introductione in jus*
digestorum hora XI. *Struvii Jurisprudentiam Roman. Germ. foren-*
sem interpretabitur, initium finitius nuadinis Lipsiensibus h. e. d. 3.
Maji facturus.

LECTIONES MEDICAE.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, hoc semestri spatio bono
cum DEO lectiones Pathologico-Therapevticas Clinicas ad felici-
cum finem horis consueteris perduct.

MICHAEL ALBERTI, Lectiones consuetas *publicas* b. c. D.
prosequetur & Pathologico-Practica explicatione Foeminarum
morbos indicabit. Privato Studio Praxin universalem & Chymiam
experimentalem continuabit; Semiologiam vero ad finem
perducat: Exordietur etiam Physiologiam, Pathologiam & Mate-
riam Medicam, aut aliquando Jurisprudentiam Medicam inter-
pretabitur.

GEORGIUS DANIEL COSCHWITZ, M. D. P. P. O. praesente
semestri, Collegium *Physiologicum, Pathologicum, Practicum*
& *Chirurgicum*, sedulo continuabit. Nec minus *Therapiam medi-*
cam tractabit; atque in *Materiam medicam* selectiorem, ad ductum
Therapiae privatim commentabitur. Publicis lectionibus, more
solito *Studio botanico* operam dabit.

LECTIONES PHILOSOPHIAE ORDINARIAE.

JO. PETR. DE LVDEWIG, hora III. *instrumentum pacis West-*
phalicae interpretabitur plene planeque ex actis publicis atque di-
urnis legatorum, tam editis adhuc, quam latentibus in principali
tabulario, olim excerptis nostra cura.

JO. HENR. MICHAELIS, publice in lectionibus theologicis
sacrae etiam philologiae usum abunde commonstrabit. *Privatim*
lectionem *Novi Test. Syriaci* cursoriam instituet, & in ceteris quo-
que muneris sui partibus cupidis studiosis non deicit.

D. JO. FRIDEMANN SCHNEIDER, Phil. prim. ration. &
moral. Prof. Ordin. *Publice* fundamenta *Philosophiae moralis* suae
tradet, eorumque usum plane eximium in omni studiorum genere
decla-

declarabit hora VII. ad IX. *Privatim* *Logicae* suae fundamenta, quae non minus, atque illa, pro singularum artium cultura posuit, more sibi recepto, hora IV-V. sedulo explicaturus est. Neque deerit iis, qui *Philosophiam primam*, aut ex eadem, *Pneumaticam* sibi proponendam, petierunt, hora illorum arbitrio relicta.

NICOLAUS HIERONYMUS GVNDLINGIVS, Eloquentiae atque Antiquitatum P. P. Ordinarius, *Politicae* quam typis exscribi nunc curat hora III. tradit. Historiam Germaniae (*Reichs-Historie*) hora VIII. senuo exponet. Et si qui sint, qui litterariam historiam flagitent, iis diem dicet, quo conveniant, percipiantur conditiones & pacti leges.

CHRIST. BENED. MICHAELIS, *publice* hora VIII. prioribus hebdomadae diebus librum Geneseos ex philologia & antiquitatibus enarrabit. *Privatim* vero eadem hora diebus posterioribus juncta simul hora II. diebus Martis & Veneris, fundamenta linguarum Hebraeae succincte non minus, quam solide explanabit. Hora IX. ex Codice Graeco N. T. Acta Apostolica & Epistolas Paulinas omnes, excepta tamen illa ad Hebraeos; & hora III. ex Pandectis V. F. libros Metricos, id est, Psalmos, Proverbia & Jobum, modo sibi consueto edisseret. Doctrinam de Hebraeorum accentibus seu distinctionibus hora posthac definienda cupidis auditoribus pariter declarabit.

MICHAEL ALBERTI, *publice* perget in explicanda Physica Conciliatrice Sturmii. Privato labore Collegium Physicum dogmaticum aperiet.

JO. JOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. *publice* *Opticas* disciplinas hor. IV. pom. praereget: *privatim* *Mechanicam*, *Architecturam civilem* atque *militarem* hor. II. pom. explicabit. His lectionibus *introductionem in Geometriam practicam* ita junget, ut favente tempestate singulis diebus Sabbati ipsa *praxis* exerceatur. *Physicum dogmatico-experimentale* hor. I. habebit. Ceterum desiderantibus inserviet explicatione *Arithmetices*, *Geometriae* & *Trigonometriae*, itemque *Algebrae*.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

D. JO. FRIDEMANN. SCHNEIDER, *Institutiones* Justinianae hora XI-XII. interpretabitur, quibus, ad melius intelligendum earum textum, antiquitates Romanas conjunget. Jus Processuale

ad ductum B. D. Ludovici in introductione ad *Processum civilem* hora IX-IX. exponet. Examen quoque *juris feudalis* B. Stryckii hora III-IV. superaddet.

D. CONRAD FRIDERICH REINHARD, P. P. hora II. *Historiam S. R. G. Imperii* (die Reichs-Historie) ad ductum compendii Ludewigiani; & hora XI. *Cocceji Jus Publicum* interpretabitur, idque fiet, finitis plene Lipsiensibus nundinis. Addet Collegium publicum ad *Instrumentum Pacis Westphalicae*, si Deus vires concedet.

D. HENR. BASS, publice praeleget Materiam de Deligationis Apparatu: *privatim* vero 1) auspicaturus Collegium Operationum Chirurgicarum & 2) Chirurgiam, Pathologiam. Praelectiones in Cl. Baerhavi Institutiones Medicas, continuare perget.

D. PETRVS GERIKE, Med. & Phil. P. P. perget publice in exponendo generationis negotio, quo absoluto novas lectiones habendas ex valuulis significabit; privatim Therapiam generalem & specialem, ex principiis legitimis deductam, Logicam atque Physicam tradet. Addet his in eorum gratiam, qui medicinae mechanicae scientia primum imbui cupiunt, Physiologiam, ita instructam, ut fundamentum solidum reliquis medicinae partibus praebere possit; & tandem, quod adhuc fecit, exercitia Disputatoria.

DANIEL STRAEHLER *Math. & Ph. P. P.* hora VII. *mas.* Cursum mathematicum praeter lapsa anno inceptum ad finem perducet; hora VIII. Logicam denuo exponet illiusque usum abunde commonstrabit: hora IX, autem ad suas ipsius meditationes de Deo, mente humana atque spiritibus in genere, ut & de mundo & ente in genere summa fide atque industria denuo commentabitur. Hora III. *pomer.* cursum mathematicum praeterlapsa Semestri inchoatum continuabit, additurus hoc Semestri praxin geom. in campo; hora vero IX. Cursum mathematicum denuo instituet: hora XI. *mat. publice* tribus per hebdomadam diebus methodum mathematicam expositurus est. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus.

IO. HENR. CALLENBERG, P. P. publice tractabit *Physicum*, & *Pneumaticum*; *privatim*, *Codicis Hebraei*, in tria pensa divisi, primo absoluto penso, ad secundum perget, post *Grammaticalem* preparationem. Quibus horis haec praelectiones habendae sint, suo tempore significabitur.

Ja 1586

ULB Halle

3


001 508 687




St

VDA7







SVB AVSPICIIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PORVSSIAE REGIS
**FRIDERICI
WILHELMI,**

ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBURGICI, RELIQUA

PRORECTOR ET CANCELLARIUS ACADEMIAE

IO. PETR. DE LVDEWIG,
POTENTISSIMO REGI PORVSSIAE A CONSILIIS
INTIMIS CVRIALIBVS ET ECCLESIASTICIS IN DV-
CATV MAGDEBVRGENSI,

**LECTIONES VERNALES
CIVIBVS ACADEMICIS**

PUBLICAT. ET COMMENDAT.

D. VI. APRIL. MDCCXXVIII.

**HALAE MAGDEBVRGICAE,
TYPIS HENDELIANIS.**

79

u.

